



*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



*Disputatio Octava.*

DE TESTA-  
 MENTIS ORDINAN-  
 DIS, MILITARIII TESTAMEN-  
 TO, ET QVIBVS NON EST PERMISSVM  
 facere testamentum ex lib. 2. Inst. Imper. de-  
 sumpta, cum concordantibus Iurium  
 textibus.

QVAM  
 D. O. M. A.  
 PRÆSIDE

*Nobilissimo, Clarissimo, ac Consultis. Viro*  
 DN. ARNOLDO DE REYGER IC.  
 ET IN INCLYTA SALANA ACADEMIA  
 publico Pandectarum Professore.


*Priuari exercitij gratia excutiendam proponit,  
 proq; ingenij tenuitate defendere conabitur  
 ad diem 2. Novemb. hora locog;  
 solitis.*

IOANNES IACOBVS Jung.



I E N Æ  
 Typis Tobia Steinmanni.  
 Anno clō 1ō XCIV.





*Nobilitate, Splendore generis amplissimis,  
pietate, virtute & sapientia prae-  
ditis, re-  
rumq; plurimarum experientia prae-  
stantissimis Viris,*

**Dn. IOANNI IACOBO Ehingeren à Gottenaw, auo  
suo summè colendo.**

**Dn. VLRIKO & GEORGIO Ehingeren à Gottenaw fra-  
tribus germanis, auunculis suis, omnibus obser-  
vantiae pietatis & gratitudinis officijs perpetuò  
colendis.**

*Haec*

*Studiorum suorum primitias; in  
perpetua obedientia pignus, &  
studiorum testimonium*

*D. D. A.*

*Ioannes Iacobus Jung.*







## Continuatio.

Disputatum haecenus, de modis quibus res singulae acquiruntur; videbimus porro, quomodo per universitatem res fiant nostrae.

*§. fin. Inst. per quas pers. cuiq. adq.*

### Thesis I.



ER universitatem res nobis acquiruntur quatuor modis: hereditate, bonorum possessione, adrogatione, & additione bonorum libertatum conservandarum causa.

*d. §. fin. I. per quas pers. Donell. 6. com. 1.*

2.

Hereditas est successio in universum jus, quod defunctus habuit tempore mortis.

*l. hereditas § 2. de R. I. l. nihil 24. de V. S. Dd. utrobique Donell. 6. com. 2.*

3.

Defertur nobis ea, vel ex testamento, vel ab intestato *a*, illa testamentaria; haec legitima *b*, & iusta dicitur *c*. De priori prius agendum.

*a d. §. fin. I. per quas pers. l. 1. l. 3. de hered. petit. b l. in plurium 70. de acq. her. l. quod autem §. proinde. Qua in fraudem credit. c l. 3. §. de illo. pro socio. V. Donell. 6. com. 3.*

4.

Testamentum quod appellatum ex eo, quod tes-

A 2

statio



Ratio mentis sit *a*, est voluntatis nostræ iusta sententia,  
de eo quod quis post mortem suam fieri velit *b*.

*a* pr. l. de test. ordin. v. Agell. 6. noct. Attic. 12. Cuiac. 11.  
observ. 37. Alciat. lib. 4. de v. s. Borch. v. Vesenb. pr. inst. d. t. b  
l. 1. ff. Qui test. fac. poss.

5.  
Duplex id est, solenne vel paganum, & minus solenne  
vel militare, utrumq; vel in scriptis fit. vel sine scriptis.  
titt. titt. Inst. de testam. & milit. Inst. cum concord. D.  
& C.

6.  
Si quæramus an valeat testamentum: in primis ani-  
madvertere debemus, an is qui fecerit testamentum, ha-  
buerit testamenti factionem: Deinde si habuerit, require-  
mus an secundum regulas juris civilis testatus sit.

*l. si quæramus* 4. ff. qui test. fac. poss.

7.  
Possunt autem facere testamentum, qui non prohi-  
bentur. Prohibentur verò qui alieno iuri sunt subiecti, ut  
filij familias, *a*, serui *b*, ab hostibus capti *c*, obsides *d*,  
monachi post professionem *e*, & de statu suo dubij *f*.

*a* pr. in. Quib. non est per. fac. test. l. 6. l. filiusfam. 16. ff.  
eod. *b* d. l. 16. *c* §. fin. l. h. t. l. 8. ff. eod. *d* l. obsides 11. ff. eod.  
*e* auth. ingressi. cum auth. seq. C. de S. S. Ecol. Covarr. de test.  
c. 2. n. 6. *f* l. de statu. 15. cum l. seq. ff. h. t.

8.  
Filiusfamilias tamen de castrensi vel quasi castrensi  
peculio testari potest *a*. An & de bonis adventitijs? Ne-  
gamus *b*.

*a* pr. l. h. t. §. fin. l. de mil. test. l. Papinianus 8. §. si quis 4.  
ff. eod. *b* d. pr. inst. h. t. & d. l. 16. ff. eod. gl. & Cuiac. ad l. 6. ff.  
h. t. Covarr. par. 3. de test. n. 11. Duar. cap. 2. h. t. pag. (mibi)  
421. Connan. 9. Com. 4. n. 5. Donell. 6. com. 5. & 28. in fin. Diss.  
Vaudus 1. quæst. 1.

Testari



9.

Testari etiam non possunt impuberes *a*, furiosi *b*, prodigi *c*, deportati, capite vel metallo damnati *d*, ad perpetuos carceres *e*, ob crimen famosum damnati *f*, usurari *g*, hæretici *h*, In excommunicatis diversum statuimus *i*, Surdus, mutus, cæcus, secundum Impp. rescripta, testabuntur *k*.

*a* l. 5. ff. h. t. §. 1. In: eod. *b* l. furios. 9. C. eodem d. §. 1. l. *c* l. is cui. 18. ff. h. t. §. item prodigus 1. eod. *d* l. eius qui 8. §. 2. & fin. Vbi Cuiac. Duar. c. 2. pag. (mibi.) 425. Ferd. Vasq. 3. illustr. contr. 96. n. 2. Iul. Clar. §. testam. q. 21. & 22. Schn. §. fin. n. 10. *b. t. V. Covarruv. pr. 3. rubr. de testam. n. 43.* *c* Clar. d. §. q. 23. Covarruv. d. loc. *f* l. is cui 18. §. 1. ff. h. t. *g* nisi præstet cautionem secundum *c. quanquam. de Usur. lib. 6. Clar. d. §. q. 26. Covarr. 3. Var. resol. 3. n. 9.* *h* l. Manichæos. 4. §. ergo 5. C. de heret. c. cum secundum eod. lib. 6. *i* Clar. d. §. q. 24. Ant. Ga. Rom. 4. com. concl. de test. conclu. 1. Covar. par. 2. rubr. de testam. n. 56. *k* §. item surdus cum §. seqq. 1. h. t. h. discretis. *b. hac consultissima C. eod.*

10.

Et juris regulas attendi debere diximus. Ex postulant, ut testamento heres scribatur absq; cuius institutione nihil agitur *a*, qui cuius manu scribatur nihil interest *b*.

*a* l. 1. & tot. tit. ff. de hered. inst. tot. tit. In. de exhered. lib. & hered. inst. cum concord Cod. *b* Novell. 119. c. 9.

11.

Vt vno contextu, nullo alio extraneo actu interveniente, uno eodemque tempore, testamentum & inchoetur & absolvatur *a*, ut testes adhibeantur septem *b*, specialiter ad id rogati *c*, ijq; si testamentum in scriptis conficiatur, manu propria subscribant *d*, signacula impo-  
nant *e*, idq; vel anulo *f*, proprio vel alieno, etiam testatoris *g*.

A 3

a § sed



a §. sed cum. l. de test. ordin. l. heredes 21. §. ult. ff. eodem, l. hac consulte is. 21. l. cum antiquitas. 28. C. de test. b d. §. sed cum l. h. t. l. si unus. 12. d. l. 21. l. fin. C. h. t. l. 2. C. de bonor. poss. sec. tab. l. 3. si tab. test. non ext. c l. heredes 21. §. pen. ff. h. t. d d. l. 21. C. h. t. l. ad testim. 22. §. si quis ff. eod. d. §. sed cum l. h. t. Vbi Borch. e d. §. & d. l. 21. f d. l. 22. §. signum. ff. h. t. An & alio signo, non annulo? puto cum Connan. 9. comm. 2. n. 3. V. Bart. ad d. §. signum in sum. Donell. 6. comm. 8. Duar. c. 5. circa fin. pag. (mih.) 431. h. t. Mynsing. §. possunt. n. 3. VVejenb. §. sed cum n. 6. verb. testamentum. Inst. h. t. Cuiac. ad d. l. ad testimonium. in f. & 14. obser. 11. Robertus 1. recept. lect. 21. Gothofr. ad d. l. 22. §. s. h. t. g §. possunt. l. h. t. d. l. 22. §. 2. ff. h. t.

12.

Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est; sed neque mulier, neque impubes, neque servus, neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is cui bonis interdictum est, neque ij quos leges improbos intestabilesque esse iubent, quive in potestate testatoris sunt, neque pater in filij testamento post missionem, de peculio castrensi facto, nec heres, quive in eius sit potestate, neque pater eius, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes esse possunt.

§. testes autem §. in testibus. §. sed neque heres In. h. t. l. qui in testam. 20. per tot. ff. eod.

13.

Eius autem qui testamenti facti tempore liber, postea autem servus apparuit, testimonium admittitur: ut & plurimi ex eadem familia etiam legatarij & fidei commissarij.

§. sed cum. cum §. seq. §. legatarijs. l. h. t. l. ad testim. 22. in pr. & §. 1. ff. l. 1. l. dictantibus. C. eodem.

Nihil



14.  
Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis membranisque, vel in alia materia fiat.

*§. nihil. l. h. t.*

15.  
Et hæc in testamento in scriptis. Quod si quis sine scripto voluerit ordinare iure civili testamentum, 7. testibus adhibitis, & coram eis, voluntate sua nuncupata, sciatur, hoc perfectissimum testamentum, iure civili firmumque constitutum.

*§. fin. l. h. t.*

16.  
Testamentum minus solenne vel militare, plurimum distat à pagano. Quoquo enim modo, voluntas militis suprema inveniatur, siue scripta, siue sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

*pr. Inst. de test. mil. & tot. tit. D. & C. eod.*

17.  
Non in procincto tantum, sed & castris, fossato, hybernis, stativis aut præsijs, milites iure suo testari adferimus, id enim omne est, in expeditione esse. a. Doctores, advocatis, clericis, equitibus auratis privilegium hoc negatur b.

*a Cuiac. consult. 49. Conn. 9. com. 5. n. 9. V. Donell. 6. Co. 28. pag. (mibi.) 107. vers. 50. Diss. Mynsing. §. illis autem n. 2. l. h. t. & Dd. comm. Gail. 2. obser. 118. n. 6. b Mynsing. rub. l. h. t. n. 3. Schn. n. 12. Donell. d. cap. 28. Duar. c. 1. h. t.*

18.  
Quæcunque militis sit persona, non tam interest. Unde mutus, surdus a, de statu suo dubitans, b, filiusfamilias c, deportatus aut capite damnatus, ex militari deli-

A 4 802



Et, modo non sacramenti fides sit rupta *d*, non tamen pupillus *e*, hoc iure testatur.

*a* l. 4. ff. cod. §. quin imò. l. eod. *b* l. ex milit. 11. §. 1. ff. h. t. *c* pr. Inst. Quib. non est per. fac. test. *d* d. l. 11. l. si quis 6. §. sed etsi. De iniusto, rupto & irr. fac. test. *e* l. fin. C. h. t.

19.

Et testium solennitas in huiusmodi testamentis remittitur; cum quævis probatio sufficiat *a*, Duos tamen exigimus, si aliæ deficiant probationes *b*, præteritio liberorum pro exheredatione est, modo testator sciens eos præterijt *c*.

*a* l. Lucius 40. ff. h. t. Cuiac. consult. 49. *b* l. ubi. ff. de testib. Donell. 6. com. 28. Diss. Theoph. pr. l. h. t. *c* l. sicut 9. cum l. seq. C. h. t.

20.

Plura etiam testamenta miles potest facere *a*, partim testatus, partim intestatus decedere *b*, heredes scribere, & eò ferè omnes qui testamenti factionem non habent *c*, ad tempus heredes instituere *d*, post mortem heredis substituere *e*, & quæ reliqua *f*.

*a* l. querebatur 19. ff. h. t. *b* l. 6. ff. eod. *c* l. idem est 13. §. & deportati. ff. h. t. *d* l. certi. C. h. t. l. in fraudem. 15. §. miles. ff. eod. *e* l. miles 41. h. t. *f* de quibus latè Donell. 6. com. 28.

21.

Hæc quoque in testamentis hisce singularia: quod capitis diminutione non infirmentur *a*, quæ minus ritè ante expeditionem ordinata, in militia facto aut quovis etiam iudicio militis, confirmantur *b*, durent annum post missionem honestam *c*, quæ si ignominia causa fiat contra est *d*.

*a* §. deniq. l. h. t. l. miles. 22. eod. *b* §. sed etsi l. h. t. l. idemq. 9. l. tribuus. 20. §. 1. l. Titius. 25. l. in fraudem. 15. §. 2. ff. eod.



*ff. cod. Donell. d. c. 28. c. §. Sed haetenus. l. h. t. d. l. testa-  
menta. 26. cod. Donell. d. loc.*

## COROLLARIA.

I.

**V**Tro iure testamentum sit introductum, Gen-  
tium ne an civili, quaeritur? Ex iure gentium  
originem trahere putamus.

*Theoph. Inst. de iur. nat. gent. & civ. §. 1. vers.  
ἡ ἴση ἰσχύου Cuiac. ad l. 1. ff. h. t. Duar. c. 1. cod. Usq.  
contr. illust. 100. n. 3. Covarr. 3. var. resol. 6.  
n. 7.*

II.

Testamentum pestis tempore coram duob.  
tribusvè testibus factum, an validum sit, dubitas-  
tur? Affirmativam æquiores putamus.

*Anto. Gabriel. Roma. 4. Com. conclus. de te-  
stam. concl. 8. Mynsing. cent. 1. obs. 96. Gail. 2.  
obs. 118. n. 18. Diss. Jul. Clar. §. testamentum. q.  
56. n. 3. Hott. consil. 23. & consil. 15. latè Goth.  
ad l. 8. C. de testam.*

III.

Quid in testamento inter liberos? Itidem  
duos sufficere arbitramur.

*l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. h. t. gl.  
unic.*



unic. in auth. quod sine. C. de test. Clar. d. §. q. 8. n. 2.  
Roland. à Vall. cons. 82. n. 19. refer. Giachario ad  
Clar. d. §. q. 56. n. 4. Hart. Pist. 1. q. iur. 1. n. 1.  
Diss. Cuiac. consult. 1.

IIII.


An heredis vel testatoris filius emancipatus  
in testamento testis erit? Affirmamus.

Donell. 6. com. c. 7. Diss. Dd. com. per l. testis  
9. ff. de testibus.


F I N I S.













99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L









*Disputatio Octava.*

DE TESTA-  
 MENTIS ORDINAN-  
 DIS, MILITARI TESTAMEN-  
 TO, ET QUIBUS NON EST PERMISSUM  
 facere testamentum ex lib. 2. Inst. Imper. de-  
 sumpta, cum concordantibus Iurium  
 textibus.

Q V A M  
 D. O. M. A.  
 PRÆSIDE

*Nobilissimo, Clarissimo, ac Consultiss. Viro*  
 DN. ARNOLDO DE REYGER IC.  
 ET IN INCLYTA SALANA ACADEMIA  
 publico Pandectarum Professore.

*Privati exercitij gratia excutiendam proponit,*  
*proq; ingenij tenuitate defendere conabitur*  
*ad diem 2. Novemb. hora locq;*  
*solitis.*

IOANNES IACOBVS Jung.



I E N Æ  
 Typis Tobia Steinmanni.  
 Anno clō 1ō XCIV.

